Quelle:
Copyright:

edidit Jo. Alexander Brassicanus, argent. 1527. 8. an cum illa, qua prodiit Amstelodami ao 1645. cum Aug. Grotii et aliorum dissertationibus, ignoro. — Fol. 54. circa finem incipit fabula Boccacii de Tancrede principe Salernitano ejusque filia Sigismunda, ab Aretino ex Italico in latinum idioma translata. Initium est: "Tancredus fuit princeps Salernitanus." Agmen claudunt duo Epistola absque omni inscriptione.

Leonardus Brunus, ab Aretio Tuscia oppido, ubi ao 1369. natus erat, Aretinus cognominatus, bonarum artium, ac praecipue graecarum litterarum in Italia restitutor, 7 Pontificibus Rom. a secretis fuit. Per longum tempus gessit munus Cancellarii Reip. Florentina, ibique an. 1444. aetatis 75. defunctum amicum laudavit pro funere Successor ejus Franc. Poggius, cujus oratio edita est a Baluzio Miscell. T. 4. p. 8. edit Mansiana. De Scriptis et meritis docti eque ac pii viri, vid. Fabric. loco cit. Freheri Theatr. Viror. illustr. p. 1426. Pope Blount censura cel. Auth. p. 453.

Aeneam Sylv. Epist. 54.